



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Conclvsio III. De tertio titulo. Rei iudicatae dicto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## A C T A

Sicq; secundo habetis, quām dñi simus nostroꝝ honorꝝ, quod eius dominij uigore nostra bona possumus alienare, & id quidem iuste. Nunc ergo dicite uos euangelici sacerdotibꝫ tibi cines, quo iure monumentis sepulchroꝫ uestras ædificatis domus. Ita per deum fere a mente mihi decidērat, iure violati sepulchri, cuditis monetā ex deo sacratís uasis, in quo unico bene facitis crucis signū uni parti incudere, qua cunctis innotescat ecclesiastica esse bona. At in aliud latus patibulum insignire debet, quo daref intelligi uel fuisse hæc ecclesijs rupuisse. O uos ueteres Christiani inhumati, si unq; per somnū & quietē menti uestræ insedisset, uestrarū laude dignarū ciuitatum insignia aliquando ad furtivas res ecclesiasticas cedula, aut ex uestris præciosis diuinis ornamentis, meretricibus ornamenta consuī bursas &c. id generis, omni procul dubio pro his nummis uestris dilectis puerulis panē emissetis, quo non staret splendidior meretricum chorea uestris elemosinis & diuinis donationibꝫ.

## C O N C L V S I O III.

De tertio titulo. Rei iudicatæ dicto.

Famosus est qui sibi met sententiā dices alienis bonis uim intulit, effregit, expilauit. Nam hunc uult lex in uestris publice aut priuate crimen incidisse, fustibus castigandū, & uelut in atrocissimū improbū furem & raptorem animaduertendū.

Tertius articulus iuste possessioꝫ nostroꝫ honorꝫ, quod illa possideamus, uigore rei iudicatæ, siue ex sententia iudicis. Et habet hoc pro re iudicata, quod finem accepit ex sententia iudicis ss de re iud. le. i. Sed & eiusmodi res iudicata pro ueritate est habenda ss de re iur. Res iudicata. Quum ergo huiusmodi sententiæ iudicum legaliter & pro ut de iure factæ sunt per nullū annullari debent neq; retro trahi. De re iur. Factum legittime li. vi.

Quando igit talium honorꝫ nostroꝫ ratione in litibus coram uobis ut iudicibꝫ egimus, uos ipsi uel uestrí priores nobis ista bona

## M V R N E R I.

bona adiudicasti, eiusq; sententia uestras & literas & sigilla dedisti ciuitatum uestrarum, ita ut nequeat de nobis ulla uel fraus aut delus suspicari. ff de re iur. Qui iussu, sed possessores esse debemus bonae fidei, quum hæc bona ex sententia iuris dicitur continuerimus ff eo. Qui auctore.

Nunc ergo ueniunt euāgelici neq; uiri & furant nobis easdem ipsa sigilla, easdē ipsas literas, quas nobis prius dederūt, quibus multa furta cōmittit̄ & maleficia. Primo inq; scandaliu[m] infertis atq; falsificati uestrū iuditariū offitiū, iusteq; soluitis, quod iuste pronuntiatū est. Secūdo furamini nobis iudicati solutionē quā iudicio uestro exoluimus. Tertio nobis & eam pecunia furamini quā pro literis & sigillis sportulis uestris intulimus. Quarto nobis illa bona furamini quę ex literis specificant̄. Omendaces fures iudices quando uestras sentētias & literas non aliter tenere uolebatis quā hoc modo, quur uestra sigilla ad porci culū non impressisti. Sic nostra nobis fuisset retenta pecunia, iudices probiores adiuuissemus quā uos estis, neq; uos furto cōmaculassetis, potuissentq; sic omnes & singuli cognoscere neq; uos neq; sigilla uestra bona fuisse famae & honoris ac dignitatis, mansissentq; pleriq; bo[n]i uixta ac probi uia uobis non decepti & permerdati.

Ideo aut̄ nobis & literas & sigilla furati estis, ne uestri propriū patres, sed & uos ipsos furtes faceretis, qui ex sententia nobis hæc bona adiudicasti. At si mihi credere nolitis, uos tam grandes euāgelicos fures & neq; eo perspicite uos ipsi literas uestras proprias quas nobis estis suffurati, illic reperietis, uestris met parentes, uos metipso, sed & uestras literas & sigilla testari ac probare fures. Ideoc; quam diu illas retinueritis, habetis & literas & sigilla ut ad patibulum suspendi debeat̄. Nam illic in patibulis scilicet nulli adhuc pendent, qui ad patibulorum iura tam habent efficaces literas, quales uos infames habetis literarum & sigillorū fures, credo me sat̄ intelligibiliter loqui de furto bonorum nostrorum.

Rr iii

## A C T A

Dicite per deū immortalē quomodo uos excusabitis a nos  
stris domibus per uisa nos expellentes, cōtra aperta iura qua  
præcipiūt nullū e sua domo per uim extrahit de re. iur. Ne  
mo. Neq; aduersus nos maleficioꝝ iura allegare poteritis. In  
Auten. Vt nulli iudicū par. Quoniā. Vos inq; neq; criminoꝝ  
si optime nouistis pro talibꝝ nos non fuisse reptos. Neq; uos  
excusabit, quasi tumultuarū uestri & non uos illa fecissent. Ille  
le certe quem expulit, qui uel hoc iuslit, mandauit, aut certe  
acceptū habuit, quod mandato equiparat de re. iur. hoc iu  
re utimur. Quod si multitudinem uestrā tumultuantem gra  
san tem, furentem & opescere non potestis, exuite imperium,  
reddite imperatori ciuitates suas, exite cum Lotha Zodomis  
ne una cum eis pereatis. Quid sunt enim ciuitates sine iustitia  
diuo Augustino dicete, nisi magna latrocinia. Quamobrem  
infames estis & nullis siue muneribus siue dignitatibus initia  
andi. De re. iur. infamibꝝ li. vi. Lex enim Iulia peculatus pœ  
nam infert, qui pecunias siue bona comunitatū, aut certe sa  
cra bona, aut res religiosas furati fuerint, quinq; hoc sui officij  
tempore met ipsi iudices facerēt, in eos animaduertere iubet  
& occidi cū oībus eoꝝ auxiliaribꝝ, siue bonorꝝ taliū recepta  
toribꝝ. Quisī nulloꝝ iudicū fungant̄ officio, negligari & in  
exilium mitti iubet Insti. de pub. iudi. par. Item lex Iulia pecu  
latus ff ad le. Iul. peculatus. Legē Iulia peculatus. Et in fine Le  
ge Iulia peculatus, & le. Sacrilegi C. unde ui & le. Memines  
rint, & le. Si quis. Ex quibus allegatis iuribus uocat̄ opti  
me cognoscitis patibulorum loca uobis esse dedicata, & non  
senatorum bonorum & proborum loca, aut certe ubi alioꝝ  
qui boni & probi uiri conueniunt.

## C O N C L V S I O III.

De quarto iuste possessiōis titulo. Ex hæreditate.  
Famosus est qui testamento irritato, rupto, uel certe quavis  
ex cauſa infirmato, proximis hæredibus testamentaria bo  
na auffert, detinet, & quo minus ad hæredes redeant, metit  
ubi